

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Bacmeister

Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus Med. D. Prof. P. & Poliater Ad Exequias funebres Quas ...Infantulo ... Guilielmo-Henrico Vir ... Dn. Jacobus- Sebastianus Laurenbergius I.U.D. Pandectarum Professor ... paratas cupit, cohonestandas. Publico hoc Programmate Omnes literariae Reipubl. Cives invitat ...

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn773013938>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.

in

^{W.}
G. H. Laurenberg.

Rostock, 1662.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013938/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013938/phys_0002)

DFG



124.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES BACMEISTERUS
Med. D. Prof. P. & Poliater

Ad
Exequias funebres,

Quas

Infantulo mellitissimo, Filiolo suavissimo

GVILIELMO-HEN-
RICO

Vir Amplissimus & Consultissimus

Dn. JACOBVS SEBASTIANVS
LAURENBERGIUS J. U. D.

Pandectarum Professor & Facultatis juridicæ
p. t. Decanus spectabilis, paratas cupit,
cohonestandas.

Publico hoc Programmate

Omnes literariæ Reipubl. Cives per-
unter ac officiosè invitati.

in Templo Jacobeo ad horam I.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Ao. M DC LXII.

41.

EREMIAS Propheta, ut Israelitis imo omnibus hominibus inculcer originem, ex qua oriuntur, & ad quam revocabuntur, continuâ Oratione Ter iterat principium illud materiale, quod in Sacro generacionis & corruptionis Codice expressum est, quando clamitat: *Terra, terra, terra audi sermones meos.* *Terra*, scilicet sumus, quia ex terrâ generamur: *Terra*, quia in terris conversamur: *Terra*, quia in terram commutamur. *Terra* sumus per naturam: *Terra* per vitæ hujus usuram: *Terra* post sepulturam. Hic sanè Prophetæ clamor sonare semper & penetrare debebat in aures, animum & omnes sensus omnium in hac vitâ mortali vel potius morte vitali degentium: sed nescio qui alii strepitus ita plerumq; sensoria mortalium obstruunt, ut, quod vociferantur sacra Oracula, ab iis insuper habeatur. Nihilominus tamen à mortalibus audi ruit vatis sui vocem æternus DEUS, ac identidem (ut cum Senecâ loquar) argumento aliquo recenti admonet fragilitatis suæ oblitos, & æterna meditantes respicere cogit ad mortem; si forte excitare nos èsecuritatis veterno possit, antequam mors vitam & vitæ somnia discutiat. Documento erit mellitissimus Infans **GVILIELMUS HEINRICUS LAURENBERGIUS**, qui in hujus vitæ umbras intromissus est Anno proximè elapsò die XXV. Novembris, decimâ ante meridiem matutinâ; ex hisce tenebris in fata solutus abiit nudius quartus

quartus sexta matutinâ : corpus antea animatū audiit,
nunc exanimatum experiri incipit clamorem Jeremiæ.
Clarus quidem certè erat parvulus noster utriusq; Pa-
rentis stirpe splendidissimâ : Verum prima omnium
hominum mater, arboris vetitæ resignatrix, ut loquitur
Tertullianus, fecit, ut originis labe impurus esset, quam
nativam impuritatem sacrosancta Baptismatis unda,
ipso statim post nativitatem die, disponentibus ita Pa-
rentibus, abluit: Caliginis autem hujus transitum no-
biscum intenebriscois hujus vitæ vallibus exspectare,
& in terram redire coactus est, quamvis non paritem
poris spatio. Pusio quippe nondum rotarum XX. septi-
manarum, ante mensem Lactumine seu Crustosâ sca-
bie, quam nostrates die Barni Grund vel don Brennen-
den Grind appellant, quæq; sèpissimè Infantes vexare
solet, ante dies vero octo Morbillis correptus est, à qui-
bus etiam tenellulum hocce corpusculum confectum
trucidatumq; animulam suam sine ulla angoris imagi-
ne, exhalavit, ita ut omnes qui feralibus adstanter cu-
nis, tam placidum è vita excessum demirarentur. O vi-
ta humana perpetuis obnoxia miseriis! Cum minimè
putamus, flosculum illum, qui heri in arbore sanus, in-
teger, vegetusq; absq; ullo interitus metu stabat, Unius
febriculæ gelu adurit, & in nihilum redigit; Importu-
nus unicæ afflictionis ventus decutit, gladius molestia-
rum amputat, in opinatorum Vespæ casuum exugunt,
aqua calamitatum dissipat & æstus persecutionum.

confu-

consumit; deniq; vermis eum brevis vitæ corrodit mar-
cidumq; reddit, & tandem mortis eum grando humi-
sternit. Verum ita est, eâ lege à Deo creati sumus, ut
moriāmur; ab hominibus generati, ut moriamur; ex
muliere nati, ut moriamur; Vivimus in hoc mundo, ut
moriāmur, nec ullus sive Juvenis sit, sive senex, hic exci-
pitur. Omnes una manet nox, *E* calcanda semel via lethi;
Missa senum ac juvenum densantur funera; nullum s'eva ca-
put Proserpina fugit. Quamvis enim, dum vita hujus mor-
tis, & mors hujus vitæ venit, omnes nos arborum in-
star in horto vireamus, & alii ex radicibus cognoscantur
majorum, alii ex foliis verborū, hi ex ramis gratiæ,
illi ex fructibus divitiarum; horum ex cortice defor-
mitas, illorum ex floribus pulchritudo, horum tanquā
nanorum humilitas, illorum ut Gigantium proceritas;
aliorum ut senum ariditas, aliorum ut Juvenum Viridi-
tas, horum tanquam divitum fœcunditas, illorum
tanquam pauperum sterilitas deprehendatur. Tamen
idem paulo post nobis eventurum videmus, quod Ar-
boribus, quarum quidem diversitas in pomariis ex
varietate fructuū cognoscitur, nimirum ex glandibus
Ilex, ex dactylis Palma, ex frondibus Platanus, ex ra-
cemis Vites: sed postquam arefacta radice, cæso trun-
co, collectis fructibus, delapsis foliis in ignem conji-
ciuntur & in cinerem delabuntur, quis obsecro ex cine-
ribus arborum internoscit inter se discriminat? Quare
perinde erit sive diuersi moriatur sive pauper, sive infans
in cunis

in cunis adhuc vagiens sive adultæ jam ætatis homo; o-
mnia siquidem mors æquat, teste Claudiano. Nec
quisquam casu aut fortuito nascitur vel moritur, sed
tempora nascendi & moriendi certo consilio & volun-
tate DEI, quæ immutabiliter bona est, describuntur,
cui obtemperandum esse, vel me etiam non monente,
intelligent honestissimi Parentes GUILIELMULI no-
stri, & in hoc acerbissimo luctu erigent se tum confide-
ratione miseriarum, quibus diuturna vita obnoxia est,
tum præsentissimis consolationibus ex fontibus Israelis
depromptis. In omnibus enim Vitæ generibus & sta-
tibus, si recte ratiocineris, plus laboris quam quietis,
mœroris quam lætitiae, luctus quam solatii, difficulta-
tis quā facilitatis, periculi quā securitatis invenies; mul-
tos ubiq; aculeos, calamitates, afflictiones & ærumi-
nas. Bonus est quis? persecutiones ei patiendæ, ludi-
bria subeunda, verbera & vincula pertimescenda. Ma-
lus est? In sceleribus suis conscientiæ ipsum exagitant,
inflat arrogantia, corrodit invidia, sollicitat avaritia,
inflammat libido, devastat edacitas, exulcerat ira.
Divites curarum agminibus obsidentur & oppugnan-
tur: noctu interdiu acquirendide siderio, amittendiq;
metu excarnificantur: Pauperes in contemptu homi-
num vivunt, marcescunt, sordescunt, contabescunt, ut
simulacra per oppida & plateas ambulantes Servi in
suâ rarâ fidelitate pro munere non raro plagas accipi-
unt, domo pelluntur, mercede fraudantur. Domini,
si duri,

si duri, vim; sin mites, insolentiam subditorum metu-
unt. Docti fatigantur, crucianturq; dum refellunt &
refelluntur; dum corrigunt, explanant, disputant, do-
cent, perscrutantur, commentantur, dum in cibo &
somno temperant, dum continenter discunt, dum tor-
volumina pervolutant. Opifices servi sunt quodam-
modo: Conjugium onerosa est societas: Cœlibatus
æstuantium affectuum fornax: Agricultura difficulta-
tum & curarum officina: Militia vulnerum, famis, sitis,
mille incommodorum promptuarium: Aulicorum
vita, splendida miseria: Senatorum dignitas, vulgi lu-
dibrium: Principum majestas, compedes aureæ; Quid
de hostibus nostris dicemus? quid de subitis infortu-
niis, quæ miseros nos obruunt? quid de amicorum mi-
seriis, ex quibus eadem quæ ex propriis malis patimur?
quid de morte deniq; ipsa, quæ nunquam longe abest,
quam merito cum Philosopho Secundo dissolutionem
corporum, divitum pavorem, pauperum desiderium,
inevitabilem eventum, hominis latronē, somni Patrē,
Vitæ fugam, Vivorum discessionem, defunctionem
societatem, omnium resolutionem, laborum finem, va-
garum cupiditatum clausulā, & summatim Improborū
carnificem, summumq; bonorum præmium appellam-
us. Ex hac ergo vita, quæ ejusmodi calamitatum pe-
lagus est, ereptus est filiolus vester & multis præreptus
est peccatis & pœnis. Agnoscite itaq; & tribuite necessi-
tati, DEI quod placet voluntati. Nos aliquanto accu-
ratioius

ratius & quantum præsentis chartæ angustiâ admittit hujus
Surculi stirpem & inde eductos etiamnum florescentes pal-
mites adumbrabimus. Quis ita hospes in hac Urbe & ditio-
ne, cui proxima surculi propago, Pater scilicet DN. JACO-
BUS SEBASTIANUS LAURENBERGIUS J. U. D. Pandecta-
rum Professor & p. t. Amplissimæ Facultatis Juridicæ in hac
Academia Decanus spectabilis, Vir in politorliteratura ver-
satissimus, Fautor, Amicus ac Collega noster conjunctissi-
mus, & Mater Virtutum Matronalium vivū exemplar, ELI-
SABETHA SPENGMANS ignoti? Quis nescit Avum pa-
ternum Virum Excellentissimum & Clarissimum DN. PE-
TRUM LAURENBERGIUM Phil. & Med. D. ac Professorem,
dum in vivis esset, Celeberrimum, deq; Academica juventu-
te optime meritum, ejusq; Conjugem nunc Viduam mæstil-
simam, Matronam Conspicuam M A R G A R E T A M C R A-
M O N S, DN. JACOBI CRAMONS Civis & Mercatoris hujus
Reipubl. integerrimi, ejusq; Conjugis MARGARETÆ SIBE-
THEN Matronæ honestissimæ & ex Nobili apud Britannos
familiâ ortæ, quæ jā annorū penè LXXIX. vitæ ac miseriariū
humanarūatura, intra tres septimanas duo suorū funera ef-
ferri conspexit, filiā? Quis proavum ejus Paternum Virum Ce-
lebratissimum & Experientissimum DN. GUILIELMUM
LAURENBERGIUM Phil. & Med. D. ejusdemq; ut & supe-
riorum Mathematum Professorem, nec non Facultatis Me-
dicæ Seniorem Venerandū, & Practicum felicissimum in-
Prædio Salingensi cui nō:en Laureo monti, à quo & cog-
nomentum primum accepit, quarto ab ubiorum coloniâ
milliari, parentibus honestis natum, & ejus Uxorem N.
MEMMIAM Excellentissimi DN. D. PETRI MEMMII, Me-
dicinæ Professoris Celeberrimi filiam. Quis deniq; alteram
Proaviam JOANNAM LONGOLIAM, Nobilem Ultraje-
tensem Batavam, Matronarum Phœnicem & singulare de-
cuss? Nec minus notus Avus Maternus Vir Spectatissimus &
Integer.

Integerrimus D.N. SIMON Spengman Reipubl. Stralsundensis Magnæ autoritatis Senator, DN. HENRICI Spengmans dictæ Civitatis olim etiam Senatoris gravissimi & prudentissimi, nec non MARGARETÆ CORNELIÆ in Hollandia conspicuis eximiisq; natæ parentibus, filius. Avia vero Materna ANNA HAGEMEISTERS, ex præclara Hagemeisterorum familiâ oriunda. Ut jam taceam reliquos majores parvuli nostri, cum potius id sit ostentationis, quam necessitatis, cum publicè hic testari possim, familiam Laurenbergianâ hoc peculiare hactenus habuisse, ut vix aut ne vix quidem degener aliquis in illorum numero repertus sit. His ortus majorib⁹ Parvui Laurenbergi⁹ crescente ætatulâ magis magisq; infantiæ subsecuturam amabilitatē jucunditatēq;, adolescentiā fructuosam, & virum videbatur promittere nō omnino inutile olim egregio publico: sed præmatura mors inverso naturæ ordine hic processit, & Parentes omnis spes defilio concepta decollavit. Quicquid autem sit, relinquant Parentes filiolum Parenti omnium nostrum, quem, qui dedit, recepit, & ex hâc ærumnosa miseria rum Valle supra cælorum cœlos transtulit. Vos vero, Cives Academicí, pietati tantum, caritati tantum, reverentiæ tantum dabitis, ut in Domino defunctum Infantulum supremo mortalitatis honore prosecuturi, in æde Jacobæa hodie ad horā I. mōdestè conveniatis, multo longoq; cum efferatis agmine, id est indistivum non tacitum hoc funus habeatis, & ob defuncti pueruli parentem Excellentissimū, ob Avi & Proavi paterni de academia nostra optime meriti memoriam, & totius amplissimæ familiæ honorē id vos debere agnoscatis, communemq; omnibus mortis aleam vobiscum reputetis.

P. P. Rostochii II. Maij. ANNNO M. DC. LXII.
sub Sigillo Rectoratus.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013938/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013938/phys_0013)

DFG

GK



ratiū & quantum præfentis cha
Surculi stirpem & inde eductos c
mites adumbrabimus. Quis ita
ne, cui proxima surculi propago
BUS SEBASTIANUS LAUREN
rum Professor & p. t. Amplissima
Academia Decanus spectabilis, V
satissimus, Fautor, Amicus ac Co
mus, & Mater Virtutum Matrona
SABETHA SPENGMANS ignoti
ternum Virum Excellentissimum
TRUM LAURENBERGIUM Phil.
dum in vivis esset, Celeberrimum
te optime meritum, ejusq; Conju
simam, Matronam Conspicuam N
MONS, DN. JACOBI CRAMON
Reipubl. integerrimi, ejusq; Conju
THEN Matrona honestissimæ &
familiâ ortæ, quæ jā annorū penè
humanarūatura, intratres septim
ferri conspexit, filiæ? Quis proavum
lebratissimum & Experientissimu
LAURENBERGIUM Phil. & Med
riorum Mathematum Professore
dicæ Seniorem Venerandum, & Pr
Prædio Salingensi cui non en Lau
nomentum primum accepit, qua
millari, parentibus honestis natu
MEMMIAM Excellentissimi DN. I
dicinæ Professoris Celeberrimi fili
Proaviam JOANNAM LONGOL
ctensem Batavam, Matronarum Ph
cuss? Nec minus notus Avus Mater



admittit hujus
florescentes pal
ac Urbe & ditio
cet DN. JACO
U. D. Pandecta
Juridicæ in hac
literatura ver
er conjunctissi
exemplar, ELI
escit Avum pa
num DN. PE
n Professorem,
emica juventu
Viduam mæstil
ET AM CRA
erectoris hujus
ARETÆ SIBE
pud Britannos
æ ac miseriā
orū funera ef
rum Virum Ce
ILIEL MUM
nq; ut & supe
Facultatis Me
licissimum in
á quo & cog
orum coloniā
Uxorem N.
MEMMII, Me
niq; alteram
ilem Ultraje
singulare de
statissimus &
Integer-